

Matthias Stein Konrad Stein

**Disputationem Iuris Publici De Monarchia Limitata ... Magnifico Ictorum ordine in Alma ad Varnum Academia consentiente Praeside Matthia Stein/ U.I.D. & Codic. Prof. Publ. Fratres suo aestimatissimo, In Auditorio Maiori Ad diem lun. A. M.DC.XCVI. Placidae Eruditorum disquisitioni subiicit Conradus Stein/ Rostochiensis**

Rostochi[i]: Richelius, 1696

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn736221743>


Druck Freier  Zugang



RU jurist. Juni.1696

Stein, Matth.















23.  
f. 648.  
6

DISPUTATIONEM JURIS PUBLICI  
DE  
**MONARCHIA  
LIMITATA,**  
DEO CLEMENTER ANNUENTE

ET  
Magnifico Jctorum ordine in Alma  
ad Varnum Academia consentiente

PRÆSIDE  
**MATTHIA SEZNI**

U. J. D. & Codic. Prof. Publ.  
Fratre suo æstimatissimo,

In  
AUDITORIO MAJORI  
*Ad diem Jun. A. M. DC. XCVI.* 1696

Placidæ Eruditorum disqvifitioni  
subjicit

**CONRADUS SEZNI**  
Rostochiensis.



ROSTOCHI,  
Typis JACOBI RICHELII, Ampliff. Sen.  
Typograph.

1696





VIRIS  
PRÆNOBILISSIMO, EXCELLENTISSIMO, AMPLIS-  
SIMO, & CONSULTISSIMO

DN. JOHANNI Stein/

J. U. D. Ejusdemqve in Academia Regio-  
montana Profess. Publico Ordinario,  
FRATRI suo ætatem colendo,

NOBILISSIMO PRUDENTISSIMO atqve  
AMPLISSIMO

DN. VALENTINO Stein/

Senatori Civitatis patriæ longè meritissimo  
Avunculo suo, Parentis instar  
venerando,

*in*  
*perpetuæ observantiæ symbolam*  
*ulterioremqve studiorum commendationem*  
*ac promotionem*  
*pagellas hasce qualescunqve*  
*submissè offert*

CONRAD. Stein.





## B. C. D. PRÆFAMEN.



Valis Rerumpublicarum formā alteri præripiat palmam non parum controvertitur: Præstantiorem siquidem alii judicant POLITIAM, quia plenior status naturalis, ex quo omnes libertatem æqvè prætendunt, in ea deprehenditur similitudo, quid enim jucundius, quam æqua libertate omnes frui, quos natura æquales genuit, quos consensus omnium æqualis in unum corpus conglutinavit. Verum pessimam omnium Philosophorum facile Princeps *g. Ethic. 12.* appellat Politiam, ob indociles & belluinos vulgi animos ad promovendum commodum publicum minus habiles. add. Pufendorff. *introduc. Histor. cap. 7. §. 9.* Imò miserum creditur, rem, famam, vitam complurium rationi se submittentium hominum, quorum causa magnæ illæ conduntur societates, bestię unius motibus insanis jactari. Jul. Formos. *in opusc. Polit. De form. Rerumpubl. pos. 21.* Proinde præferunt nonnulli ARISTOCRATIAM, quia *ἀριστοί*, id est, optimi ibidem imperant, nec verisimile est, è multis majorem partem in perniciem aut incommodum Reipubl. esse consensuram, adeoqvè illam reliquis stabiliorem condi posse autumant, idqvè Republ. Venetorum, Genuensium, aliisque corroborant, (quæ, ut obiter moneam, procul dubio in Capitulatione Leopoldi, Articuli 5. intelliguntur, daß Sie vor gekrönte Häupter / und also denselben in Würden gleich wollen geachtet seyn. Gockel. *de Bastigr. Europ. n. 91. cap. 1.*) At contra magnam in hujus Reipubl. forma æmulationem, frequentemqvè in publicis negotiis expediendis dissensum alii allegant. Vid. Pufend. *in eod. l. c. 6. §. 21.* Unde MONARCHIAM multi acriter propugnant Conf. Arnif.



*L. 1. c. 10. vers. Explicatas. Reinking. de R. S. & E. Lib. 1. class. 1. c. 1. n. 20.*  
 ibiq; alleg. Utpote quæ omnes excludit altercationes, & rebus statum pub-  
 licum concernentibus velocem dat progressum, proin non optimam illam  
 duntaxat cum Aristotele *8. Eth. c. 12.* sed & divinissimam cum eodem *4. Pol.*  
*2.* salutant, quia ad imperium DEI quam proximè accedit. Etiam ipsam al-  
 mam naturâ teste Seneca *lib. 1. de Clement. c. 19.* statum huncce commen-  
 dare monent, illa quippe homines dotibus produxit inæqualibus, & ratione  
 imperandi, parendiqvè æquales esse noluit. Aristot. *L. 1. Pol. c. 3. & 4.*  
 id circò, natura duce, pleraqvè gentes Regibus se subjecerunt, Asia enim  
 Africa, America & potior Europæ pars à Regibus, pro populi cuiusqvè  
 genio & ingenio, vel despoticè, vel in forma principatus regitur: æqvè  
 ac corporis membra ab unica anima, tanquam Rege reguntur & Astra  
 omnia, sive propria, sive mutuâtia luce radiant, Solem, Regem & fon-  
 tem cœlestis luminis agnoscunt: Quin acerrimi hujus status monar-  
 chici defensores non naturam saltem, sed & ipsam antiquitatem provo-  
 cant, unde Respublica hæc etiam  $\pi\epsilon\acute{\omega}\lambda\eta$  seu prima declaratur ab Aristot.  
*4. Polit. 13.* utpote quæ originem suam ex paterno imperio traxisse fertur,  
 siquidem proptoplastus noster Adam, regnum paternum pietate, bene-  
 volentia & mansuetudine plenum, in suos liberos, nepotes & posteros  
 exercuit, quæ majesticæ paternitatis jura post Adamum Noa & Patriar-  
 chæ videntur continuasse, unusquisqvè enim Patriarcha, inquit Salmasti-  
 us, *in defens. Reg. c. 7. p. 233.* add. Cluver. *Hist. Epist. Lib. 2. p. 5.* qui primus  
 esset Autor generis, omnes ab uno capite prognatos sub suo imperio con-  
 tinebat. Sic Abrahamus bella gessisse, foedera iniisse &c. legitur. *Genes.*  
*c. 14. v. 14. & c. 21. v. 27.* nec potest negari, quod ab hoc stemmate, ejus-  
 qvè nepotibus Israelitarum fasces proruperint, exindeqvè primordia hau-  
 serint. Tale imperium post turbatas ad Babylonem, omnia confunden-  
 tem, lingvas in totum orbem ita propagatum est, nam à Semo genitis A-  
 sia, à Chamo natis Africa, à Japhetis nepotibus Europa regitur, teste Cluver.  
*d. 1.* à quibus dubio procul America etiam suos Reges, quia hanc ter-  
 ram ex suo luto aborigines produxisse minime credendum est, accepit.  
 Plura hac de antiquitate desiderans, consulat Beckm. *Med. Pol. c. 11. §. 3.*  
*& 4. Ejusdemq; Polit. Parall. c. 11. §. 2. & c. 16. §. 2.* Carpz. *de L. R. c. 1.*  
*§. 2. n. 33. seqq.* Arnif. *de doct. polit. L. 1. c. 9. pr.* Quamvis autem hi  
 Monarchiæ propugnatores ita splendore *velocis* negotiorum publicorum  
*expeditionis, almæ naturæ ductu, & insigni antiquitatis* robore stipati in-  
 cedant



650.

sedant, confiteri tamen habebunt cum Carpzovio, d. l. n. 49. quod effeta hac mundi natura non ferat Superiores semper optimos, nec ut sint optimi, ita lynceos atq; beatos, ut in tantis, quibus circumvallantur, tenebris, nusquam vel ipsi incurrant, vel impellantur ab aliis, qui bonum ac probum in nefas precipitant, inscientem venduntq; principem. Quin ipse ab incunabilis, nil aliud, quam assentationes audit, adeoq; difficile est in tanta rerum licentia illum semper recto tramite incedere: Accedit huic quod saepe alicui civitati aliqua Reipublicae forma optime conveniat, quae tamen alteri minus apta est, quod ipsum variis exemplis illustrat Beckm. in Med. Pol. c. 24. n. 3. & in Pol. parall. c. 24. n. 4. Adeoq; cum praefato Autore, Gockel. de Baslig. Europ. c. 1. n. 91. Cellar. polit. L. 2. c. 2. §. 5. Aliisq; concludo, ex ingeniis hominum qui in aliqua societate vivunt uni formae praeter altera praevogativam concedendam esse, verè enim Politicum non tantum nosse oportet, quae Respublica sit simpliciter optima, sed etiam quae optima sit huic vel illi civitati. Addiscimus insuper ex praedictis, universam vitam nostram ita comparatam esse, ut sine incommodis trahi nequeat, nec imbecillitatem nostram ferre, ut assequendo simus, quantumcunq; concipiamus perfectionem: Ac proinde unicuique acquiescendum esse in ea conditione, quam imperfectione minori esse sentit, non autem sperandam, quae illam prorsus careat. Non tamen diffiteor, subditorum ingeniis, non refragantibus MONARCHIAM optimam rectè dici Rempublicam, maxime, quando Regnantis potestas certis legibus, quibus ante producta dubia facile resolvuntur est definita, ne ita durius aliquid quam oportet, contra Ecclesiam, Rempublicam, ejusq; libertatem fiat, atq; subditi intelligant, se non in hominis cujusdam acerbioris, sed in Patris, ejusq; perbenigni potestatem venire. Conf. Pufend. Histor. Einleitung. c. 6. §. 21. p. 541. O felices ergo, exclamat Carpzovius Regnantes verè divinos, verosq; Patriae Patres, qui Ordines imperii in consortium potestatis recipiunt, nec soli omnia absq; illorum consensu agunt in Epistol. Dedic. praemissa Commentario in L. Reg. Quà de MONARCHIA LIMITATA, tam in genere, quam in specie, prolixius acturo, Conctipotens omnium Rerumpublicarum Moderator efficaciter adsit, huncq; ita moderetur laborem, quo bonum istius sit initium, felix medium & optimus finis, supplex rogo, non dubitans, quin & B. Lector, si quaedam in hacce ardua materia minus exactè posita deprehenderit, pro candore suo omnia benignè sit interpretaturus. Ita transeo ad



## CAP. I.

### DE MONARCHIA LIMITATA IN GENERE.

**S**epositis illis, quæ ab aliis de Etymologia & Homonymia *MONARCHIÆ* Cellar. *pollit. L. 2. c. 2. §. 12. seqq.* Arnif. *L. 1. Polit. c. 9.* Carpz. *de L. R. c. 13. Sect. 4. & 7.* Beckm. *Med. polit. c. 26. n. 2. seqq.* *LIMITATÆ* Basil. Fabr. *Theaur. v. Limes & v. Limus.* prolixè adducuntur, Scopo meo satisfactorius *Monarchiam* in Themate nostro non quidem absolutè, præminenter tamen summum unius imperium: Sicquè *Majestatem* hic non absolute, sed præminenter summam denotare potestatem assero, ita v. gr. Status imperii Romani de summa quidem participant potestate, unde in consortium majestatis ac summi imperii dicuntur recepti, innuente Reccessuum imperii clausula: *haben wir uns mit den Ständen und sie sich hinwiederumb mit uuß verglichen* Tob. Paurm. *de juridict. imp. Rom. lib. 2. cap. 2.* Carpz. *de L. R. c. 1. §. 14. n. 3. & cap. 13. §. 6. n. 36. & sect. 8. n. 20.* præminet tamen summa Imperatoris potestas, Carpz. *de L. R. cap. 13. §. 9. n. 14. add. cap. 2. infra.* *Qualem monarchiæ & majestatis acceptionem principiis politicis & variis modernorum Regnorum formis conformem pluribus demonstrat §. 4. b. cap. 1. & totum cap. 2.*

§. 1. Definitur ergò *Monarchia limitata*, quod sit *Respublica mixta*, in qua summa potestas maximè est penes unum, pro parte autem penes uno plures, qui ad communem respiciunt utilitatem.

§. 2. Definitum absolvitur verbis *Monarchiæ limitatæ*, quibus non comprehenditur hic regnum secundum leges, quæ omnem profus Regibus subtrahunt potestatem, nuda relicta dignitate, quæ exponit Aristoteles *3. Polit. c. 14.*, & exemplo Regni Laconici Arnif. *L. 1. Polit. c. 9. vers. Monarchiæ*, satis illustrat, utpote quod de essentia *Monarchiæ* nihil participabat. Hic enim tale denotatur regnum, in quo & summa dignitas & summa potestas maximè est penes unum. *In definitione generis vicem sustinet Respublica mixta*, quæ non duntaxat *Monarchiæ limitatæ*, quales in sequenti sistuntur capite, sed & *Aristocratix & Democratiæ limitatæ* recte applicatur. Cellar. *L. 2. Polit. c. 6. §. 16. Illam mixto Reipublicæ Venetæ statu*, in quo *Aristocratia prævalet*, declarat Carpz. *de L. R. c. 13. §. 4. n. 30.* *Hanc illustrat Clar. Pufendorff in seiner Histor. Einleitung cap. 7. §. 9. tredecim Rebuspubl. Helvetiorum*



orum (quæ aliis dicuntur Cantones) quarum quælibet quoad majorem partem democraticum representare statum, summumquæ penes Tribus in illis residere jus dicitur. Quæ omnia licet plana & satis perspicua alicui videri queant, annihilare tamen omnibus viribus student Joh. Bodin. *Lib. 2. de Republ. c. 1.* Aliquæ istius asseclæ, Republicanam mixtam è numero specierum Rerumpubl. prorsus excludentes, quos magno catalogo exhibent Carpz. *de L. R. cap. 13. Sect. 9. n. 15.* & Cellar. *in Polit. Lib. 2. c. 6. §. 1.* Illorum autem argumentis à Carpzovio *d. l. n. 23. seqq.* Aliisquæ jamdudum dilutis, B. L. eò remitto.

Reliqua *definitionis* verba exhibent differentiam specificam *tum* à Monarchia pura, in qua majestas simpliciter est penes unum, aut in Monarchia limitata summa illa potestas ab uno & uno-pluribus exercetur *divisim*, hoc est, nonnulla jura majestatis seorsim ab uno, nonnulla verò ab uno-pluribus exercentur, ita tamen ut potior potestas sit penes unum, inde Monarchia limitata ex duabus simplicibus Rebuspublicis coalescit, nempe ex Monarchia & Aristocratia vel Democratia, ad neutram tamen simpliciter referri potest, sicquæ dicitur Respublica mixta: *tum* ab Aristocratia & Democratia limitata, in quarum *priori* potior potestas penes optimates, in posteriori penes populum est, nobis autem de tali solummodo Republica mixta agendi animus, in qua Monarchia prædominatur.

§. 3. *Causam dat plerumq;* Electio, seu potestas eligendi, quæ quando destituti sunt Ordines Imperii, frustra Majestatis limites facere tentant, qui enim jure belli aut hereditario obtinuit Regnum, legem certam de administrandi modo sibi poni non facile patitur. *arg. l. 21. C. Mandat.* Quæ ratio induxit Carpzovium, ut non cum aliis ab initio regiminis Caroli M., quia vi armorum Germaniam occupaverat, Puffendorff. *in seiner Systor. Einl. c. 8. §. 1.*, sed stirpe demum Carolina in Ludovico Arnolphi filio extincta, à tempore Conradi I. in imperatorem *electi* originem Capitulationis petendam esse, vero simile credat in *Comment. de L. R. c. 1. §. 8. n. 36. & 41. seqq. & in præmissa Epist. Dedic.* In Polonia quidem non statim ac coeperit imperium esse electivum à tempore Jagellonis, qui jurare tenebatur, se nolle regno ut successivo, sed electivo præesse, Ordines Imperii certas condiciones, quæ illis Pacta conventa dicuntur, præscripserunt, sed sufficiebat, Reges post electionem privilegia Regni confirmare, post obitum tamen Sigismundi



mundi Augusti, qui ultimus in linea jagellonidis extitit, ubi lex illa invaluit, Ne Piaſtus, hoc eſt, indigena eligeretur, Henricum Valeſium ex Gallia petitum & in Regem electum prima vice certis pactis in quæ jurare tenebatur, adſtrinxerunt. Hartkn. *de Rep. pol. L. 2. c. 2. n. 1. & 2.* Electioni ergo Monarchiæ limites potiſſimū adſcribendos eſſe, ita non obſcurè patet, quæ de cauſa multi Electionem, utpote quæ cum ejuſmodi conditione fieri poteſt, quæ ad gubernaculum evectus arcetur, ne facile aliquid contra Regni utilitatem moliatur, Suceſſioni antepoſunt (Carpz *d. L. R. c. 1. S. 1. n. 17. ſeqq.* Arnif. *Lib. 1. pol. c. 9. verſ. in regno: Aliiq;.* Longe autem eam cum ſuis Aſſeclis poſtponit, Bodin. *Lib. 6. de Rep. c. 5.* Varias rationes non in firmas ab utraqvè parte ſtantes congeſſit jam Libenth. *Diſp. 6. pol. quaſt. 3.* & Gockel. *de Baſil. Europ. c. 1. n. 12. S. 7.* Proinde brevibus Electioni, utpote cui datur cernere quibus moribus Candidatus à teneris unguiculis fuerit, quæqvè naturali libertati maxime accedit & Reipublicæ ſalutem ſibi proponit, *meum calculum adjicio*, hoc tamen moderamine temperatæ, ut ſemper merita antecęſſoris Regis gratâ memoriâ recolantur & idoneus filius rariffime prætereatur, ſic Senior Rex exſtimulatur, ut majori cum ſollicitudine, Rempublicam tractet, & filium ad ſimiles virtutes, amoremqvè regni adſveſcat & pericula electionis evitentur. Hanc meam ſententiã hæcenus Germanorum & Polonorum mores comprobant. Dixi autem *plerumq;*, interdum enim & rebellis ſubditorum animus, aut alia juſta cauſa inducit Regem abſolutum, ut volens Proceres Regni in conſortium Majęſtatis recipiat, quò illorum curâ ſtabilius efficiatur regnum. Cellar. *L. 2. pol. c. 20. S. 4.* Ejuſmodi mutatio contigit in Anglia, cujus Rex abſoluta Majęſtate olim gaudens, Optimatibus, qui *Lords*, h. e., Domini appellantur, & Parlamentum ſuperius hodie conſtituunt, ad coërcendam plebem ſummæ poteſtatis partem indulſit, hæc verò cum abuterentur, iſtis Regibus ſucceſſu temporis dominandi cupidine tracti, Eduardum I. Inferiores Ordines, ex quibus Parlamentum inferius hodie conſtat, primitus convocaffe, & de ſalute publica illis cum deliberaffe, refert prolixè Cl. Pufend. in ſeiner *Hiſtor. Einleitung. c. 4. S. 35.*

S. 4. Materiam in qua ſeu Subjectum (reliqua Monarchiæ abſolutæ ſunt communia) conſtituunt Reges, quorum imperandi poteſtas juramento, pactis conventis, reverſalibus, aut conceſſis privilegiis limitatur. Tales ex Electivis hodie ſunt Imperator Romanus, & Rex Poloniæ:



62

Polonia: Ex *successivis* potissimum Angliâ: de Hisce ardua movetur  
*Qwestio*, An jure salventur Monarchæ? Affirmantium parti nostra jun-  
ginus vexilla, cum quia regna illa, quorum scepra tenent, magis pro-  
pendent ad Monarchiam quam ad Aristocratiam, proin à Monarchia  
etiam, tanquam à potiori, recte denominantur Monarchæ, cum quia  
Ordines Imperii cum hisce Regibus non ex æquo dominantur, nec indi-  
vifim. E. nec hi Reges Aristocratores, nec Democratores, sed Monar-  
chæ erunt. Gockel. *de Basil. Europ. c. 1. n. 47.* Liebentz. *Exerc. pol. 8.*  
*Qwest. 1. in fin.* Carpz. *de L. R. c. 13. S. 10. n. 6.* Huic affinis *qwestio* est,  
Num Regibus Limitatis competat Majestas? Quam affirmativè decide-  
re non veremur, nam non statim desinit esse corpus, ac manus aut alia  
pars amputata: Quemadmodum Vinum generosius, aquâ si paululum  
diluatur, nequè virtutem, nequè nomen amittit, ita Majestas, si nonnul-  
lis conditionibus temperetur, non statim nomine cadit suo, nec virtute.  
Quin nec superiorem agnoscunt Reges Limitati, licet juxta pacta con-  
venta in nonnullis admittant pares, quorum cura non tam evertitur,  
quam potius conservatur Majestas; *Vid. præfamen.* Absolutam tamen  
Majestatem hosce Reges conjunctim demum cum Ordinibus Imperii te-  
nere facile largimur; Recedunt à prædictis Cellar. *L. 2. pol. c. 6. S. 27.*  
*Et c. 7. S. 17.* Bekm. *M. P. c. 12. S. 11. Et cap. 24. S. 7.* Aliiqvè passim,  
quorum varia dubia, quæ hæc pagellæ non capiunt, ipse disputandi actus  
removebit. Majestatem autem Imperatoris nostri imprimis tuentur  
Carpz. *de L. R. c. 13. S. 6.* Reink. *de R. S. Et E. Lib. 1. Clas. 2. c. 2.* Regis  
Poloniæ, Janafowski & Hartkn. *d. l.* De Reliquis minus dubium est.

§. 5. Forma non obscure ex §. 1. & 2. elucet, nempe Ordo, quo  
Rex pro parte quadam Ordines Regni in consortium Majestatis recipit.  
Cujus specialia in privilegiis & Capitulationibus regnorum sunt quæren-  
da, hæc enim dant conspectum archissimæ connexionis, qua membra  
Reipubl. cum ipso Principe cohærent. Capitulatio autem est *pactum publi-  
cum inter Regium Candidatum Et Regni Ordines initum de conditionibus,  
quibus Majestas in ipsum transfertur.* Dicitur (1) *capitulatio*, quæ ali-  
quando vocatur Lex Regia, obligatio Regia, cautio scripta, formula re-  
gendi Imperii, reversalia, Articuli, Lex fundamentalis, pacta conventa:  
*Bersicherung / Handfeste / Capitulation.* Gockel. *c. 1. n. 21.* Di-  
citur (2) *pactum publicum*, quia duorum constat consensu, publica au-  
toritate, de publica causa & à publicis personis initur l. 1. §. 2. & l. 5. ff.

B

De



*De pact. add. Capitul. Leopold. & Joseph. art. ult.* Solches alles und jedes haben wir obgedachter Römischer König den gedachten Chur- Fürsten vor Sich und im Nahmen des Heil. R. R. geredt / versprochen / und bey unsern Königlichen Ehren / Würden und Worten im Nahmen der Wahrheit zugesaget / thun auch desselbe hiemit und in Krafft dieses Brieffs / inmassen wir dann daß mit einem leiblichen Eyd zu GOTT und dem heiligen Evangelio geschworen / dasselbe stets fest und unverbrochen zu halten : Non ergo nisi improprie Capitulatio nomine legis venit, Leges enim sunt iusta, & sicut ab Imperio profisciscuntur, sic à superiori in inferiores, eoque in subditos, quippe qui Majestatem tanquam superiorem agnoscunt. Bekm. *M. P. c. 12. n. 2. § 4. § c. 13. §. 9. contra Cellar. L. 2. pol. c. 8. §. 21.* Huic pacto ubique accedit juramentum, quod ante Coronationem praestat imperator Romanus. Capit. Leopold. *d. l. add. Carpz. de L. R. c. 1. §. 9. n. 2. seqq. Gockel. de Basfil. Eur. L. 1. n. 35. § 40.* Et Rex Poloniae. Hartk. *L. 2. c. 1. n. 17. de Rep. pol.* Etiam Rex Angliae in parlamento privilegia regni salva fore jurat. Gock. *d. n. 35. §. 8. § n. 40.* De Rege Hispaniae idem testimonium deponit Reink. *de R. S. & E. L. 1. Clas. 3. c. 9. n. 18.* Notatu porro dignum erit, quod adhuc hodie juramento Regis Poloniae apponatur haec clausula : *Et si (quod absit) in aliquibus juramentum meum violavero, nullam mihi incote Regni, omniumq; Dominiorum uniuscujusq; gentis obedientiam prestare debebunt, imo facto ipso eos ab omni fide & obedientia Regi debita, liberos facio.* Hartkn. *de Rep. polon. lib. 2. c. 1. n. 24.* Quae autem cum subditis valde licentiae foena laxet, declaratio istius *de non prestanda obedientia* Anno 1609. prodiit, nempe si quis nobilis, sive sit ex Ordine Senatorio, sive non, videret Regem aliquid violenter egisse, vel adhuc commissurum contra privilegia, debeat id Archiepiscopo, ut Primati, vel Senatoribus residentibus in aula indicare, qui seorsim Regem moneere debent : Si Rex flocci pendeat, licitum est dicto Nobili, vel cuicumque ex senatoribus ad Comitiola referre, ut Rex à Nunciis nomine Nobilitatis moneatur, hoc si nil proffit, ad omnes Ordines licebit rem deferre ; Post hanc tertiam admonitionem demum haec clausula *de non prestanda obedientia* vim suam obtinet, tunc enim Primas Regni habet potestatem Senatum convocandi & cum ordinibus Regem in viam revocandi. Ladowski *in Constitut. tit. Krol. pag. 274. seq.* Hartk. d. l.



672

d. l. c. 2. n. 21. Hanc clausulam cujuslibet Regis Limitati juramento tacite inclusam, eo quod hæc sit natura contractus, ut si alterutra pars recesserit, nec altera sit obligata *per l. 41. C. De Transact.* tradit Carpz. *de L. R. c. 1. S. 10. n. 15. C. c. 14. S. 5. n. 24. seqq.* Ejusmodi pactum publicum juratum ad electionem cujusc. Regis formatur, tam in Polonia, quod pacta conventa præsentis Regis Johannis III. evincunt, quàm in Germania, teste Capitulatione Josephi, præsentis Regis Romanorum Anno 1690. edita. Placuit quidem Anno 1648. paciscentibus in proximis Comitibus certam constantemquæ Cæsaream Capitulationem concipere. *Instr. Pac. Art. 8. S. habeantur autem 3.*, quæ tamen hæcenus publici juris non est facta. Dicitur (3) *inter Regium Candidatum*, Cui in Polonia Decretum Electionis à Senatu & Deputatis palatinatum compositum, subscriptum & sigillis Senatorum & Nuntiorum Terrestrium munitum à Marreschalco Ordinis Equestris non ante, quàm pacta conventa se sincerè servaturum promiserit, offertur. *Fredro in Hist. Henric. pag. 84.* Talis autem Candidatus *vel purè vel in eventum scriptam capitulationis legem approbat.* Sic Leopoldo I. Imperatori sacratissimo Romano Anno 1658. *purè* electo capitulatio data est. *In eventum verò & conditionaliter*, vivo adhuc Divo Ferdinando III. electus Divus Ferdinandus IV. Anno 1653. in capitulationem jurato consensit. Idem de præsentis Rege Romanorum Josepho Anno 1690. electo satis constat, hi enim vivo Imperatore eventualiter electi ordinaria non gaudent administratione, juxta Artic. 47. Capit. Ferd. IV. Wir sollen und wollen uns auch keiner Regierung und Administration im H. R. R. weiter und anderst unterziehen / dann so viel uns des von Kaysers. Majestät vergönt und zugelassen wird: *quibus notanter additur in Art. 47. Capitul. Josephi*; oder nach dem Todt (welchen GOTT lang verhüten wolle) zu præjuditz der Reichs Vicarien, welche immittels die Reichs Administration führen / die die Expedition aber in unseren Nahmen verfügen sollen / bis wir das 18. Jahr unsers Alters erreicht / und angefangen haben: Ejusmodi autem electio in eventum facta, indequæ promanans capitulatio eventualiter approbata in polonia non deprehenditur, propter expressam Regni legem tempore jagellonis Regis latam *Piasec. Chron. p. 385. C. 440.* & toties renovatam: ita Uladislaus IV. Anno 1633. in Polonia



nia Regem electus inter alia Capitulationis puncta juravit, se nequè nominaturum, nequè electurum, nequè introducturum, se vivo, successorem, sed veteres & novas Constitutiones de hujusmodi articulo latas religiose observaturum. *Theat. Europ. part. 3. p. 12. adde part. 9. p. 622. col. 1.* Num autem electio pura præstet electioni eventuali, aut vice versa, valde contrahitur, nam magnæ autoritatis Principes video, qui electionem eventualesm seu pestem averfantur, dicentes (1) Regni status DEO diffidere, qui plus sollicitus de salute Imperii est, quàm ullus incolarum (2) ante viduitatem novum non esse querendum maritum (3) litium materiam esse inter Regem & ejus successorem, cum populus orientem potius quàm occiduum adoret solem (4) ex regno electivo fieri hæreditarium. Et si quæ sunt aliæ contrariæ rationes. Unde cum Anno 1632. literæ Legati Svecici mentionem fecissent, vivo adhuc Sigismundo, de Sveciæ Rege, Gustavo Adolpho in Regem Poloniæ eligendo, Vulcano traditæ dicuntur. *Theatr. Europ. p. 2. p. 575. Ita & Elisabetha Angliæ Regina noluit Jacobum futurum Regem designari, ne sibi vivæ linteum sepulchrale ante oculos duceretur. Nec Gallici Legati Anno 1645. æquum justumquè esse putarunt, eligi à Romanis Regem Romanorum, adhuc vivo Cesare, quia hac ratione Imperatoria dignitas in una familia semper conservaretur, cæteri Imperii Principes ab ea excluderentur & Electorum jus infirmaretur. *Theat. Europ. part. 5. p. 577. col. 2.* Verum alii contrariam defendunt rationem, affirmantes: interregna rarè caruisse bello; tranquillitatem Imperii hoc modo conservari: ipsi Regi utile esse habere successorem: *Vetem* populorum *exempla* huic sententiæ concordare. Hinc vivum Regem Davidem filium Salamonem designasse: 1. Reg. 1. v. 17. seqq. Antiochi patrem & ipsum Antiochum sibi viventi substituisse filium 2. Maccab. 9. v. 23. & 25. nec recentiora præjudicia deesse, Sveci namquè Anno 1650. Christianæ Reginæ vivæ Carolum Gustavum Successorem renunciarunt, *Schwed. Reichschl. de Anno 1650.* similiter Bohemi Anno 1656. sacratissimum Leopoldum I, vivente adhuc parente, in regem coronatum viderunt: *Objectiones* Legatorum Gallicorum, à Cesareanis Legatis sequentibus rationibus fuerunt *confutatae*: illorum nimirum postulatam institutis & juribus Imperii Romano-Germanici & Electorum libertati, nec non Aureæ Bullæ, ut & Cesareo Sacramento, magis repugnare, quàm conve-*



convenire. Theat. Europ. part. 5. p. 370. col. 2. Add. Capit. Leopold. art. 36. & prolixè Carpz. de L. R. cap. 11. Sect. 3. n. 12. seqq. Ad alias rationes contrarias, quæ vel à similitudine, vel ex fallacia accidentis de promptæ sunt, non difficilis erit responsio: sed in hoc opinionum divortio meritò cujuscunqve regni natura, polaris instar stellæ, vel lapidis Lydiî seqvenda. Dicitur (4) *Regni ordines*, Vice populi ordines vel Proceres uniuscujusqve Regni talem sponsonem cum Candidato Regio ineunt, quod comprobant finalia Capitul. Leopold: verba: *Solches alles haben wir den gedachten Churfürsten vor sich und im Nahmen des heiligen Römischen Reichs geredet &c.* Dicitur (5) *de conditionibus &c.* Hisce ordines Imperii sunt Majestatis participes, Regis enim Majestas absoluta statim esse desinit, ac unicum jus Majestatis detraclum, quantum ergo potestatis Regi per Capitulationem decedit, tantum contra ordinibus Imperii accedit, ita ut hi conjunctim cum Rege absolutam teneant Majestatem:

§. 6. *FINIS* vel ipsum Principem, vel populum respicit. Ipsi *summo Principi* Majestatis limites emolumento sunt, ut medio tutissimus eat, nec maximis viribus fidens, se ipsum facile præcipitet. *Ipsi verò populo* conducit, ut ille aliqualiter naturali libertate fruatur. Quo enim plures conditiones præscribuntur, eo magis etiã populi libertas amplificatur, ut verò libertas bona sit, opus est, ut moderata sit. Unde Mauritius Hassiæ Landgravius optime pronuntiavit: *Tria studia Imperii ruinam & everisionem procurant; primum est eorum qui caput Imperii nostri absolutum, non limitatum exoptant: secundum eorum, qui libertatem Statuum ita deprimunt, ut servire quàm obedire malint: tertium eorum, qui dictam Statuum libertatem ita extendunt, ut legibus quibuslibet Imperii soluti magis, quàm ligati apparere velint* Theatr. Europ. part. 3. pag. 15. *Summus & ultimus finis politicus est salus populi publica: Theologicus: DEI gloria. Huic annectenda Quæstio: Num ejusmodi Regi contra Capitulationem agenti Ordines Imperii resistere, cumq; abdicare possint?* Quando injusta Regis attentata nec precibus, nec intercessionibus, nec ullis aliis remediis Ordines Imperii avertere valent, 1. *Timoth. 2. v. 1. Jerem. 29. v. 7.* hisce facultatem illam non denegandam esse tradunt Reink. de R. S. & E. L. r. cl. r. c. 5. n. 42. seqq. Gockel. de Bas. Eur. L. r. n. 12. §. 1. fin. multiqve alii (1) quia Proceres Imperii non sunt absolute subditi, sed una cum Rege absolutam tenent potestatem, eoqve

B 3

perine-



erinde ac ipse Rex ingrediuntur consortium Magistratus, à DEO ad  
 id constituti, ut sese ac subditos contra vim & injuriam, etiam armis,  
 si hoc aliter fieri nequeat, defendant. (2) quia hæc est contractuum  
 natura, ut si alterutra pars recesserit, nec altera sit obligata l. 41. C. de  
*Transact.* & in quovis juramento, æquè ac in contractu mutuo, subin-  
 telligitur clausula, *si fides seruetur*, Negativam autem alii propugnant  
 sententiam ideo, quia licet ordines Imperii in consortium Majestatis  
 recipiantur, principem tamen adhuc superiorem, Ordinesquè in non-  
 nullis, quæ nempe communicanda sunt, vi capitulationis, pares saltem  
 esse, quilibet confiteri habet, num verò par in parem sententiam  
 ferendi facultate gaudeat, cujuslibet judicio excutiendum relinquunt.  
 Inde serenissimus Rex Angliæ Jacobus: *In Don. Aur. folio 192.* tradit, se  
 concedere pactum intervenire, quo nullum sanctius, firmissimè cogitari  
 possit, quis tamen, si Rex conventis non steterit, erit lesæ fidei arbiter,  
 quis judex inter partes? *In sua ut quisq; causa & judex & pars sit, ni-*  
*hil absurdius cogitari potest. Jam in hoc Regis & populi contractu solus*  
*DEUS, cui uni Rex tenetur administrationis suæ reddere rationem, sine*  
*controversia est judex, inde necessario efficitur, adversus Regem pronunti-*  
*andum prius esse à DEO sententiam, qua populus censetur suo sacra-*  
*mento solutus. Hinc concludo injustè partem alteram contrahentium ju-*  
*dicem se sua in causa facere & divinum officium usurpare.* Ego sane  
 licet Negantium opinio fragilis videri queat, hanc tamen litem compo-  
 nendi mihi licentiam non sumo, sed concludo cum Carpzovio  
*de L. R. c. 14. S. 6. n. 28.* non cuiquam privato, sed ipsis Regibus & Im-  
 perii Ordinibus hac de re judicare & decidere fas esse: Ita sisto

## CAP. II.

### DE MONARCHIA LIMITATA IN SPECIE.

**Q**uia in duobus istis *electivis* Imperiis, Romano scilicet & Polonico,  
 Majestas Imperantium quamplurimis est circumscripta limiti-  
 bus, omiſſis aliis, Imperatoris duntaxat Romano-Germanici & Regis  
 Poloniæ Majestatem, quatenus *secundum quid* absoluta & quatenus ca-  
 pitulationibus est restricta, in hocce capite perillustrare constitui, Inde

SECTIO



677.

## SECTIO I. De Majestate Imperatoris R. G.

S. I.

**I**N Imperio Romano Imperatorem *solum* multa jura Majestatis exercere posse, evincunt verba Recess. Imp. de Anno 1576. S. Dardurch den 17. ibi Käyserl. besonder Soheit und Reservaten: & Passim. Befold. lib. 1. Politic. cap. 8. Inter illa autem primum meretur locum **JUS Majestatis Ecclesiasticum** quo de Imperatori soli competit (a) *Supremum jus defensionis & protectionis Ecclesiae*, ad quam protectionem non solum jurata promissione, quam in Capitulatione fecit Sacratiss. Leopold *Art. 1.* sed etiam ratione officii Cæsarei obligatur, est enim nutritius Ecclesiae *Es. 49. v. 23.* add. Recess. Imp. de Anno 1530. S. nachdem aber ibi: Ein Obrister Vogt und Schirmer der heiligen Kirche: Unde tale juramentum præstitum Majestati nil quicquam derogat. Guckel. *de Bas. Eur. c. 1. n. 35. S. ult. Carp. de L.R. c. 1. S. 8. n. 4. S. 10. n. 7.* (b) *jus convocandi Concilia universalia*. Recess. Imp. de A. 1525. S. Wir haben auch zu Wiederbringung. *Et de Anno 1544. S. verohalben.* Quod varia ab Imperatoribus instituta Concilia, quæ exhibet Beckm. *M. P. c. 17. S. 10. Carp. c. 3. S. 7. n. 7. seqq.* satis corroborant, male igitur facultas hæc adscribitur Pontifici Romano d. R. J. *de Anno 1525. S. Wir haben.* Nec patrocinatur, quod in ipsi Imperii Recessibus Pontifici hæc tribuatur licentia. R. J. *d. Anno 1532. rubr. concilium betreffent. S. ferner, juncto S. und wiewoll.* It. R. J. *d. Anno 1551. S. Wir ersuchen.* Siquidem Papa illam facultatem non ex se, sed Imperatoris permissu & indultu usurpavit. Nam Imperator Carolus V. ex quadam Zelotypia Pontificiæ religionis id permisit & indulgit Pontifici, ut is esset executor voluntatis Imperialis in convocando concilio. Vid. R. I. *de Anno 1524. S. Als auff vorgedachte unsere Instruction, ibi eines gemeinen freyen Concilii, so durch Päbstliche Heiligkeit / NB. mit unser Bewilligung verkündiget und außgeschriben.* (c) *jus primariorum precum*, arg. tit. 5. A. B. quod est potestas, cujus vi Imperator bene meritis vel aliis idoneis super beneficio Ecclesiastico primum vacaturo prospicit: Istud autem, quia originem agnoscit ex nobilissimo jure Ecclesiastico, atque sic proprio debetur jure, non concessioni Pontificis de qua jactitant Pontificii Vid. Gail. 2. O. 155. n. 71., tribuendum esse sponte sua inde fluit, præprimis



nis cum ad omnes Ecclesias Imperio Romano subjectas, etiam Prote-  
stantes, se extendat, modo Imperator presentet Candidatum ejusdem Re-  
ligionis. Reink. *de R. S. & E. Lib. 3. Cl. 1. c. 9. n. 50. seqq.* Cranius in *Prob-  
lem. 4. Dissertat. Juridico - Polit. de Pac. Relig. in Rom. Imp. serv.* Carpz.  
*c. 11. S. 15. n. 21.* Vacante autem Imperio, hoc jus Vicarios exercere, pro-  
bat. *d. tit. 5. A. B. (D) Jus erigendi Academias, seminaria doctrinæ coc-  
lestis, lingvarum & bonarum artium. S. 7. Const. just. De Ratione & Meth.  
jur. doc. l. un. C. De Stud. lib. urb. Rom.* Ubi Imperator præterea poenam  
statuit in eos, qui aliis in locis, quæ tale non meruerint privilegium, do-  
ctrinam discipulis adulterinam tradunt. Conf. Disput. illustriss. Comitiss  
Ludov. Löwenhaupt. Præside Excell. Amsel. de jurib. Majestatis in pa-  
tria publice An. 1682. ventilata c. 2. §. 11. Ita Giessemam Academiam à Ru-  
dolpho II, Imperatore privilegiis amplissimis donatam sistit Reink. *de R.  
S. & E. L. 1. Cl. 5. c. 6. n. 112.* Gaudet (2) jure conferendi dignitates,  
solus enim in Imperio Romano Duces, Marchiones, Comites, Baro-  
nes & Nobiles creat. Sixtin. *de Regal. c. 2. n. 15. seqq.* Carpz. *de L. R.  
c. 3. S. 13. n. 22. & 47.* Limn. *Lib. 2. c. 9. n. 9.* Quod tamen jus in *Ar-  
tic. 44. & 45. Capit. Leopold. & Art. 43. Capit. Joseph.* ita tempera-  
tur, ut majores dignitates non nisi virtute valentibus & in Imperio  
possessionis conferantur, insuper earum diploma nomine ac Titulo  
Romani Imperatoris, solummodo in Imperiali Cancellariatu confici-  
ciatur, absqve eo confirmetur: *Ejusmodi autem facultatem non tan-  
tum in Imperio sed & extra istud Imperatores sibi toties vindicasse pas-  
sim legitur, sic Otto III. ad sepulchrum S. Adalberti Martyris profici-  
scens Gnelinæ magnificè exceptus in signum gratitudinis Boleslaum I.  
tunc temporis Poloniæ Ducem in Regem creavit, ipseque coronam isti  
imposuit.* Hartkn. *de R. P. L. 1. cap. 2. §. 8.* quàmvis polonorum multi  
Boleslai prædicti patrem Miciclaum propter receptam ab ipso Anno  
964. religionem Christianam, à Pontifice regio jam titulo ornatam con-  
tendat. Hartkn. *d. l.* utpote cui soli divinitus potestatem constituendi  
& detrudendi Reges facultatem ex traditione Hildebrandi, istiusqve asse-  
clarum, quorum Bekm. *in Med. polit. c. 1. §. 1. fin.* tacit mentionem, pro-  
lixè autem deduxit Gockl. *de Basil. Eur. c. 1. n. 144.*, fallò adscribunt:  
*Præterea & Principes varios ab Imperatoribus creatos esse hodiernum  
testantur Radzivilli, Lubomirscii, Princeps Transilvaniæ, tanquam Princi-  
pes Imperii, Imperio tamen non comprehensi.* Huc etiam referri pot-  
est



est (a) *jus investendi cum dignitate regali*, in Imperio enim Romano Electoratus, Ducatus & Comitatus feuda Regalia sunt & dicuntur, quorum Investitura soli Imperatori & Regi Romanorum specialiter est reservata: ausgenommen / inquit, A. B. tit. 5., der Fürsten Fahnenlehen / dann derselben Lehenverleihung behalten wir bevorab einem Kaysler oder Römischen König: Riturum investendi modernum eleganter delineat Gockel. d. l. n. 11. Noli tamen investituram cum ipsis feudis Regalibus confundere, hæc enim aperta non nisi cum consensu Electorum alicui conferri possunt: Art. 30. Capit. Leopold. (b) *jus legitimandi*, quo liberi naturales per Rescriptum redduntur legitimi Nov. 89. c. 9. Carpz. L. R. c. 12. S. l. n. 9. Reink. de R. S. & E. L. 1. Clas. 5. c. 6. n. 108. Toties autem hocce jus per Comites Palatinos exerceri tralatitium est. Conf. Laut. in Comp. ff. de His qui sui. vers. hodie. (γ) *Jus Creandi Notarios*, qui immediate ab Imperatore vel mediantibus Palatinis constituuntur: Laut. ad tit. ff. de fid. Instrum. vers. Notarii sunt: (3.) Circa Summam potestatem administrandi justitiam multa Imperatori sunt reservata: Ita potissimum (a) *Cognitio controversiæ de Ducatibus & Comitibus Imperii soli Imperatori competit*, exclusâ Camera per R. I. de Anno 1521. tit. Römischer Königlicher Majestät Regiment 5. Ob auch Sachen fürstlichen / Fürstenthumb / Hertzogthumb / Graffschafften etc. belangent / so vom Reich zu Lehen rühren / so einem Theil gänzlich und endlich abgesprochen werden solten / derselben Erläntniß wollen wir uns auch hierin vorbehalten haben: Idem repetitur in ordin. Camer. p. 2. Tit. 7. Toties tamen controversias feudorum Regalium adhibito consilio Parium Curie seu Principum Imperii decisas esse, non autem ex eo necessitatem esse inferendam docet Carpz. de L. R. cap. 9. S. 12. n. 25. seqq. & prolixius Reink. de R. S. & E. Lib. 1. Cl. 4. cap. 19. Affine huic est quod legitur in Articul. 31. Capitul. Leopold. & Artic. 30. Joseph. In alle wege wollen wir Uns angelegen seyn lassen / etc. daß wieder alle unbillige Gewalt die Lehn und Lehnleute manuteniret und gehandhabt werden: Ita & *lis super jure vectigalium* ipsos Electores vel activè vel passivè concernens ad solum Imperatorem exclusâ Camera spectat. Artic. 24. Capit. Leopold. & Art. 23. Joseph. ibi: Also deren darüber einfallender Streit-Endscheidung vor niemand anders als uns gehörig. (b) *Restitutio in integrum* per viam gratiæ adversus sententias criminales, quæ Adgratiatio dicitur, soli Imperatori competit.

C

l. 4.



l. 4. in fin. l. 9. §. 11. l. 31. ff. de poen. Idem juris solennitatibus non est adstrictus, quando testamentum condere vult: Solus jure Majestatis veniam ætatis dare potest. l. 2. pr. & §. ult. C. de His qui ven. et. Imp. Reink. de R. S. & E. L. 1. Cl. 5. c. 6. n. 117. & similia, quibus enim olim, iis etiamnum hodie Legibus civilibus solutum esse Imperatorem, fuit ex eo, quod quæcunqve jure Romano Imperatoribus concessa, nec expresse vel tacite adempta, illis etiam hodie eos frui, quilibet facile concesserit. arg. l. 32. in fin. C. de Appellat. Conf. Reink. de R. S. & E. L. 1. Claf. 3. c. 12. Carpz. de L. R. c. 12. S. 1. & 2. junct. c. 9. S. 11. & 12. Liebenthy. Ex pol. 8. q. 2. (4) Jus concedendi Nundinas germ. die Messen / Reservatorum numero recte includitur. Liebenthy. Ex pol. 7. §. 37. Eckoldt. ad tit. ff. de Nund. §. 3. Brun. q. 1. ff. eod. Hahn. ad Wesf. N. 1. eod per l. 1. ff. de Nund. l. un. C. eod. ibiqve Brun. n. 6. A quibus verò Mercatus, qui non sunt ita celebres, germ. die Jahrmärkte / omnino distinguendi sunt: Vid. præalleg. Dd. (5) Jus dandi licentiam Principibus exteris, ut milites pro illis in Imperio Romano conscribantur, solus Imperator sibi vindicat. Carpz. de L. R. c. 13. S. 9. n. 12. Cujus potestatis restrictionem in proximis demum Comitibus esse faciendam tradit Art. 16. Capit. Leopold., addita autem jam quædam est in Art. 15. Capit. Joseph. Wir wollen hingegen auch auff begebende Fälle alles Ernstes verbieten / und in keine Weise gestaten / daß im Heil. Röm. Reich jemand vor einem anderen / wer der auch sey / als dem Vaterland / und dessen jederzeitlich Bundsgenossene werbe oder sich werben lasse etc. (6) Solus summus Imperii Curator & Caput summum das Oberhaupt salutatur, quivè & utitur solus Majestatis appellatione, cum tamen Proceres celsitudinis aut Serenitatis titulo contenti sint. Reink. de R. S. & E. L. 1. Cl. 5. cap. 6. n. 101. & 128.

§. 2. Variis, quæ soli attribuntur Imperatori, Majestatis juribus enumeratis, ordinis ratio communicanda cum Proceribus provocat, ista autem, quia ex Capitulationibus, quæ in omnium ferme manibus, sunt petenda, collectis iis, quæ sparsim ibi habentur, breviter saltem percurram. Primū inter ea verò obtinet locum jus ferendi leges Universales, quas etiam jam conditas tam de causa Ecclesiastica, quam civili non nisi cum consilio & consensu se correcturum & amplificaturū promittit Imperator Leop. & Rex Joseph. in Art. 2. Cap. jung. Art. 38. Cap. Leop. Ex quibus facile



657

facile liquet, non omnia quæ ad jus Majestatis Ecclesiasticum, de quo in pr.  
*preced. §. actum*, referri possunt, penes solum esse Imperatorem. Cui robur  
 addit Constitutio Religiosa de A. 1555. in d. *Art. 2. Capit.* confirmata, *tum*  
 in fin. princ. ibi. Haben wir uns mit der Chur Fürsten Rächten etc. und  
 Sie hinwieder sich mit uns vereiniget und verglichen: *tum imprimis*  
 in verl. damit auch: ibi. So soll die geistliche Jurisdiction wieder der  
 Augspurgischen Confess. Religion / Glauben / Bestellung und Mi-  
 nisterien / Kirchen-Gebrauchen / Ordnungen und Ceremonien / so sie  
 auffgericht / oder auffrichten möchten; bis zu endlicher Verglei-  
 chung der Religion nicht exerciret / gebraucht oder geübt werden.  
 Unde, cum Imperatori absqve consensu Statuum Universales ferendi le-  
 ges non suppetat facultas, hæ nec Constitutiones Imperatoris, prout o-  
 lim t. t. ff. *De Const. princip.* sed Imperii s. Recessus Imperii, *germ. Reichs*  
*Abscheide* / It. *Reichs-Satzunge* / *Reichs-Ordnunge* / *Unser und ge-*  
*meiner Stände Abschiede* audiunt. R. J. *de Anno 1564. §. Haben Sie*  
 13. Quamquam interdum à potiori, Imperatore nempe, *Käyserliche*  
*Constitution, Ordnungen und Satzungen* adhuc appellantur. R. J.  
*de Anno 1544. §. 74.* quibus non quidem per modum legis, pacti tamen  
 ipse Imperator est adstrictus: Quod ipsa luculenter innuunt verba  
 R. J. *de Anno 1500. Tit. 82. §. 2.* & R. J. *de Anno 1507. tit. 19.* (2) jus bel-  
 ligerandi Majestaticum haud parum in Imperio est limitatum, dum  
 Imperator Leopold. in Capitul. *Art. 13.* juratò promittit, quod sine *con-*  
*sensu & voluntate Statuum pro rebus Imperii*, nec intra nec extra fines  
 Imperii bellum suscipere, nec militem extraneum ullum in Germaniam  
 adducere velit, si non *ipse vel Imperium* bello petatur: Idem legitur in  
*Art. 13. Capit. Josephi*, cui nec *pacem* absqve consensu ineundam esse  
 additur. (3) jus foederum variis modis in Capitulationibus Leo-  
 poldi, constrictum legitur; ita Imperator in causis Imperium Roma-  
 num concernentibus, omnium Statuum, ubi autem periculum in mora, mi-  
 nimum septem Electorum consensum ad pangendum foedus adhibere,  
 etiam quando ratione hæreditariarum regionum foedus inire placet, ne  
 istud Instrumento pacis, nec salutem Imperii Romani adversetur, providere  
 necesse habeat. *Art. 10.* Addi possunt quæ habentur in *Artic. 6, 7, 9. &*  
*20.* quæ omnia repetuntur in Capitulatione Josephi, *Artic. 6, 7, 9, 10. & 19.*  
 Pariter (4) jus vectigalium certis determinatur legibus, nam Impe-  
 rator absqve unanimi consensu Electorum, nec ipse nova vectigalia eri-  
 gere



gere, aut antiqva augere, nec aliis potestatem vectigalia erigendi, aut antiqva augendi concedere potest *Art. 21.* jungantur & ea quæ leguntur in *Art. 23. & 25.* Eadem deprehenduntur in Capitulatione Josephi *Art. 20, 22. & 24.* Nec (5) jus indicendi collectas absqve consensu Statuum exercet Imperator, easqve nec ad alium, quam in quem Status Imperii consenserunt, usum se conversurum pollicetur in *Art. 17.* Hoc confirmat Josephus *Art. 16.* (6) Ad jus monetandi certamqve monetæ ordinationem constituendi, consilium Statuum desiderat *Art. 33.* Et ne Imperator absqve consensu Electorum jus cudendæ monetæ alicui concedat, jubet *Art. 34.* Idem est in Capit. Joseph. *Art. 32. & 33.* (7) De jure alienandi bona Imperii in Capitulatione Leopoldi cavetur (α) quod Imperator de Imperio, ejusqve pertinentiis absqve consensu Electorum nihil distrahere nec oppignare, sed potius nullo vel injusto titulo alienata recuperare, & si quæ ipsemet possideat, Imperio reincorporare velit. *Art. 12.* (β) Quod bona vacantia & feuda Imperio aperta sine consensu Electorum, in neminem feudi titulo conferre velit. *Art. 30.* A prædictis non recedit Capit. Joseph. *Art. 12. & 29.* (8) Circa supremum jus exercendi judicia occurrit (α) quod Imperator mediatos subditos immediate citare, ab Ordinariis iudicibus avocare, etiam illorum appellationem ad suum Tribunal recipere nequeat, propter privilegium de non Evocando & de non appellando in A. B. *tit. 11.* concessum. leg. *Artic. 18. Capit. Leop.* Quod tamen posterius de non appellando plerisqve Electoribus longi temporis consuetudine ereptum, soliq; Electori Saxonico & Brandenburgico hodiè duntaxat competere, communiter tradunt. Vid. Hahn. *ad W. tit. ff. A quib. appell. non lic. N. 2. fin. Carp. c. 9. S. 8. n. 1. seqq.* ibiq; alleg. (β) Quod Imperator feuda aut allodialia bona à Vasallis aut subditis Principum ac Statuum Imperii ex crimine læsæ Majestatis, aliove delicto commissa, non fisco Cæsareo applicare, sed potius horum confiscationem Statuum arbitrio relinquere velit. *Art. 27.* (γ) Ne Status Imperii inauditus, extra casum criminis notorii, nec absqve Electorum consensu, nec sine prævio processu judiciali Ordinario, in Bannum declaretur. *Art. 28.* Renovat hæc omnia Capit. Joseph. *Art. 17, 26. & 27.* (9) Agmen claudere potest jus indicendi Comitia, de quibus traditur in Capitul. Leopold. (α) quod ea extra fines Imperii Germanici, & consensu septem Electorum nondum im-

petrato;



678

petrato, nec temporis ac loci determinatione cum consensu illorum antea facta, Imperator instituire nolit, *Art. 17.* Equidem operose Carpz. *de L. R. c. 5. S. 6.* loci ac temporis determinationem, nec non Comitia de uno ad alium locum transferendi facultatem, à solius Imperatoris arbitrio dependere tueri intendit: At verò quia præfatus Autor respicit tantum Ferdinandi tertii Capitulationem Vid. istius *c. 6. n. 14. Sc. 5. S. 10. n. 44.* multa verò ab eo tempore mutata, partim addendo, partim detrahendo, prædicto asserto propter expressa verba *alleg. Art. 17.* inharere ulterius non licet: (B) Quod etiam Comitia particularia, quæ à solis Electoribus pro salute Imperii instituuntur, prohibere, Imperatori integrum non sit, *Art. 6.* Eadem approbat Joseph. *in Art. 6. Sc. 16. Capitul.*

§. 3. Ita expositis variis Juribus Majestatis, quæ Imperator solus & quæ demum cum consensu Statuum Imperii, qui in consortium Majestatis sunt recepti, exercere potest, residua adhuc B. Lectorem pro candore suo additurum confidens, paucis concludo, Imperium Romanum ex Monarchia & Aristocratia mixtam esse Remp.; ita tamen ut Monarchia prædominetur, quia Imperator de illis juribus Majestatis, *de quibus Proceres participant,* integrum semissem habet. *b. e.*, Status Imperii ne quidem conjunctim sumti invito Imperatore, Nec Imperator absq; consensu Ordinum vel majoris illorum partis circa illa jura aliquid disponere potest. Paurmeist. *De jurisd. Imp. Rom. L. 2. c. 2. n. 20. seqq.* Et insuper multa ab Imperatore solo peraguntur, adeoq; major potestas est penes unum. Liebentz. *Ex. 3. pol. q. 1. Carpz. c. 13. S. 6. n. 24. Sc. 9. n. 10.* Dissent. Bodin. asserens esse Aristocratiam. *L. 2. de Rep. c. 6.* Reinking verò *de R. S. Sc. E. Lib. 1. Cl. 2. c. 2.* tradit esse Monarchiam puram. Limn. *de J. publ.* contendit, mixtam quidem esse Remp., Aristocratiam tamen prævalere. *Lib. 1. c. 10.* Alii adhucdum in aliam abeunt sententiam, quorum insignem catalogum & argumenta potiora jam summo studio collegit Nobiliss. Dn. Sibrandus J. U. Candidatus, in Disputatione *de variis Auctorum sententiis circa Statum Romani Imperii,* ante annum hic ventilatâ, proin verbis parcam & transibo ad

## SECTION: II.

### De Majestate Regis Poloniæ.

**E**tiam in hocce Regno nonnulla majestatis jura soli competere Regi & Pacta *conversa* & scripta Polonica abundè testantur, Confer. Cro-



merus in *Descript. Poloniae lib. 2. pag. 171.* Fredro in *Histor. Henr. 1. p. 97.* Pacta conventa Joannis III. *S. jur. Majestatis.*

§. 1. Et quidem circa JUS SACRORUM, licet istud Principes Religioni Romano-Catholicae addicti, Pontifici Romano ferme totum cesserint, Reges tamen Poloniae sibi reservarunt (a) *Jus Ecclesiasticos Episcopatus*, qui in illo regno sunt, opulentiores, Abbantias & alios dignitatum in Ecclesiis Pontificalibus potiores conferendi gradus. Piafecijs. in *Chron. pag. 59.* Imprimis verò Stanislaus Lubientki, Episcopus Plocensis in *Monitis de Episcopatu recte gerendo num. 53. seqq. & n. 64. seqq.* add. pacta conventa Joannis III. d. §. ubi Serenissimus Rex promittit, quod jura Patronatus Regia in Episcopatus, Abbantias & omnia Ecclesiastica beneficia manutenerent & contra omnes qui sine Nominatione Regia aliquem intrudere ausi fuerint, defendere velit. (β) *Supremum jus defensionis & protectionis*: Inde à morte Sigismundi Augusti singulorum Regum pactis Conventis hic Articulus inseritur, quod Reges *Pacem inter dissidentes de religione velint tueri*: Sub dissidentium autem titulo non comprehenduntur *Ariani*, quos Joannes Casimirus Rex Anno 1658. ejecit è Polonico Imperio. *Vid. Constitut. de Anno 1658. pag. 2.* Quamobrem Reges Poloniae ab Alexandro VII. Pontifice Romano titulum hunc adepti sunt, ut jam REGES ORTHODOXI dicantur. (2) Gaudet Rex *Jure indicendi universalia Regni Comitia*, quae jus Regis olim absolutum, ita ut pro lubitu, quocumque loco ac tempore commodum id visum, comitia sint celebrata. Hodie autem ista dividuntur in Ordinaria & Extraordinaria. *Illa* sunt quae quovis biennio elapso secundum leges instituuntur. *Hae* autem, quae urgente necessitate etiam biennio non elapso indicuntur. *Hisce* ergo adhuc dum tempus commodum arbitrato suo praestituere Rex potest; Etiam toties, quando in Ordinariis Comitibus omnium desideris non est satisfactum, Ordines Imperii rogant Regem, ut extraordinaria Comitia commodo tempore indicantur, quod etiam à Rege concedi consuevit; Conf. Maximil. Fredro in *Histor. Henrici I. pag. 97.* Sicut autem quoad *ordinaria* Comitia ad certum tempus, ita etiam quod *extraordinaria* ad certum locum istud jus indicendi comitia est restrictum, quem quidem locum toties variarunt Poloni, & modo Lubini, modo Petricoviae comitia celebrarunt: *Vid. Herburt. in Stat. voce Comitia pag. 92.* postea tamen Anno 1569. VARSAVIA, in meditullio Imperii Polonici sita, Comitibus



679

mitiis celebrandis in gratiam Lithuanorum destinata est : Et tandem Anno 1673. tempore Regis Michaëlis constitutum est, ut tertia quæquæ Comitiam in Lithuania GRODNÆ habeantur : Exceptis tamen Comitibus electionis & Comitibus Coronationis, quæ solitis in locis, *illa nempe Varavia, Hæc verò Cracoviæ celebrari debent* : Confirmavit id ipsum Serenissimus Rex Joannes III. promisitquæ insuper, se tertio quovis Anno in Magno Ducatu Lithaniæ sedem suam habiturum. *Vid. Pacta Conventa circa finem §. Privilegia y Prawa.* Porro id juris Rex habet, quod & prius per literas indicat CONVENTUS PARTICULARES, seu ut vulgo vocant COMITIOLA in singulis Palatinatibus & certis Districtibus, quales conventus Universalia Regni Comitiam antecedere debent, ad quam Indictionem in locis consuetis, die à Rege præfixo, non tantum Nobiles, sed etiam Episcopi, Palatini, Castellani aliiquæ Magistratus omnes istius Districtus vel Palatinatus convenire & ex ore Nunciorum, qui ad istos conventus cum peculiari instructione à Rege missi & solenniter excepti honore primi loci afficiuntur, deliberanda percipere debent : Insuper in ipsis Comitibus Universalibus, quando Controversiæ quædam exortæ, annititur Rex discrepantes sententias conciliare, vel si conciliari nequeunt, pro ea parte concludit, quæ juribus & privilegiis Regni est conformior. Hartkn. *de Republ. polon. lib. 2. cap. 6. n. 6. §. 17.* (3) Jus conferendarum DIGNITATUM & constituendorum MAGISTRATUUM penes solum Regem est; Inde Palatinos, Castellanos, Capitaneos aliosquæ solus Rex constituit : *Rex, ait Piasceius supremus meritorum & virtutum cujusq. arbiter, omnes in Republica Magistratum & officiorum titulos, qui sunt innumeri, ac plurimi potestatis eminentia sublimes, solus confert.* in *Chronic. pag. 59.* Excipiuntur tamen Cancellarii, qui non nisi in Comitibus consentientibus Ordinibus à Rege creantur : referente Piasceio in *Chronic. p. 438.* Similiter Nobilitatis Polonicæ summa æqualitas non patitur à Rege inter sibi subditos creari Duces, Comites & Barones. *Vid. Pacta Conventa Johannis III. §. Krewnych. ubi de æqualitate Nobilitatis Polonica agitur.* Dixi autem notanter *inter sibi subditos*, ita enim non obstat exemplum Alberti, Marchionis Brandenburgici, qui à Sigismundo I. Rege Poloniæ Anno 1525. Dux Prussiæ renunciatus; Nec contrariatur Gothardus Keklerus, primus Curlandiæ Dux creatus à Sigismundo Augusto, Rege Poloniæ, Neugbauer *lib. 7. Histor. Pol. pag. 580.* Deinde Serenissimus Rex Johannes



Indites III. in Pactis Convēntis p̄miffit, se nemini JURA NOBILITATIS vel INDIGENATUS concessurum, nisi fuerit ab Ordinibus Regni & Magni Ducatus Lithuaniae, vel quoq; à Ducibus Exercituum utriusq; gentis commendatus. *Vid. Pacta Conv. §. Cudzoziemcow. Addit alias Exceptiones Hartknoch. de Republ. Polon. Lib. 2. cap. 2. n. 10. seqq.* Tandem (4) Jus LEGATOS MITTENDI non duntaxat primis seculis Reges Poloniae habuerunt, sed & tempore Henrici I. hæcce potestas illis adhuc integra fuit, Fredro in *Hist. Henr. pag. 97.* Etiam Hodie penes Regem idem jus adhuc est, nisi de foederibus, bello ac pace tractandum sit, quales Legationes solus Rex non mittit, electio tamen Legati semper penes Regem est. *Vid. pacta convent. Johannis III. §. Tolekwarujemy* Pariter jus LEGATOS ab exteris Principibus in Poloniam missos RECIPIENDI in eo solummodo limitatur, ut cum Senatorum in Aula Regis Residentium scitu illud fiat. *Vid. Constitutio Anni 1588. pag. 457.*

§. 2. Enumeratis illis Majestatis juribus, circa quæ multum soli competit Regi, reliqua jura, quæ non nisi cum consensu Senatus & Nunciorum Terrestrium exercentur, breviter perlustrabimus: Occurrit autem (1) JUS FERENDARUM LEGUM, quæ hoc tempore non nisi in Comitibus conduntur & Conclavi Nunciorum sua debent incunabula: Ibi enim leges, in quas Nuncii consenserunt, Marschalcus ipsorum primo delineat; Deinde in omnium Ordinum præsentia proponit, ut à Rege & toto Senatu approbentur. Quæ igitur hic concursus omnium sententia decernit, ea deinde in Volumen Constitutionum relata vim Legum habent, quæ relatio antequam fiat, nonnulli ex Ordine Senatus & Nunciorum Terrestrium ad id Deputantur ut Constitutiones scriptas reveideant & nomina sua iisdem subscribant, Subscriptæ denuo à Marschalco in facie totius Reipublicæ præleguntur, cum Interrogatione per Cancellarios, Utrum Rex, Senatores & Nuncii Terrestris easdem Sigillo jubeant muniri. *Vid. Constitut. Anno 1613. p. 7.* Ita demum typis mandantur, Impressæq; sub Sigillo Regni & Magni Ducatus Lithuaniae ad Comitola Relationum, sive ad Conventus particulares Post-Comitiales transmitti jubentur: Constitutione *Anni 1661. p. 15. Anno 1678. pag. 1. §. 2. add. Herbut. in Statut. tit. Constitutio pag. 110. §. tit. Lex pag. 261. seqq.* Nec (2) supremum jus exercendi JUDICIA amplius Rex solus sibi vindicat, postquam Stephanus Bathori Successor Henrici, summis Tribunalibus in Regno & Magna Ducatu Lithuaniae constitutis solas lites fisci Regii &



& Civitatum iudicio suo aulico reservavit : Quamvis autem in Tribuna-  
 libus nomine Regio iudicia exerceantur, non tamen Rex, sed Nobilitas  
 ipsa & Praesidem, qui Polonis dicitur Marschaleus, & iudicii istius Asses-  
 sores, qui vulgò à Polonis Deputati vocantur, constituit : Præterea no-  
 va iudicia non nisi ad Instantiam Ordinum vel consentientibus Ordini-  
 bus erigere potest : Conf. Januszovii *lib. 3. Constit. par. 4. tit. 1. pag. 427.*  
 Etiam modernus Rex promissit in iudiciis Aulicis, sive ut vulgò vocan-  
 tur, in iudiciis *post Curiam* se ex sententia Senatorum & officialium se-  
 cum commorantium causas certo tempore decidere velle. *leg. pacta con-*  
*venta Johannis III. §. O Sadach.* Nec (3) BELLUM GERENDI po-  
 testatem solus Rex habet, bellum siquidem offensivum ad sola Comititia  
 generalia pertinet, inopinatas autem hostium irruptiones Rex consultis  
 demum secundum leges Ordinariè lateri suo adhaerentibus Senatoribus  
 depellere & subsidia huic rei necessaria conquirere potest. Vid. *Constit.*  
*Anni 1611. & 1613.* porro nec externa auxilia in Regnum adducere, nec  
 aliis auxilia inconsultis ordinibus mittere potest : Conf. *Fredro in Histor.*  
*Henrici I. pag. 235. Piasec. in Chron. p. 439. & 601.* Est (4) priori affine  
 jus FOEDERA PANGENDI, quæ quidem Rex ex Consilio Senatorum  
 in Aula ex lege residentium inire potest, ita tamen, ut tum demum sint  
 valida, si in Comititiis postea ab omnibus Ordinibus confirmantur, ad an-  
 tiqva autem foedera, jam antea ab Ordinibus approbata, renovanda or-  
 dinariè sufficit consensus Residentium Senatorum : Vid. *Constit. Johannis*  
*III. Anno 1676. pag. 21.* Etiam (5) jus imponendi TRIBUTA & con-  
 stituendi VECTIGALIA Regem hodie cum Ordinibus communicare,  
 indubium est, quamvis antiquis temporibus & hîc fuerit absoluta Re-  
 gum potestas : quæ de prolixè *Cromer. in Descript. Polon. Lib. 2. pag.*  
*128. seqq.* Tandem (6) jus CUDENDI, & ABROGANDI MONE-  
 TAM, nec non jus aliis concedendi facultatem cudendæ monetæ Rex  
 simul cum tota Republica habet. *Herburt. in Statut. tit. moneta p. 288.*  
*seqq. Januszovius l. 4. Constit. part. 1. tit. 12. p. 372.* Cum idem de re-  
 siduis Majestatis Juribus dicendum, cognitis enim iis quæ Rex solus exer-  
 cere potest, facile cognoscimus ea quæ Ordinibus sunt communicanda  
 arg. *pr. 7. De His qui sui. & pr. Inst. De Tutel.* Inde concludo modernum  
 Poloniæ Statum esse mixtum, ita tamen ut major potestas sit penes Re-  
 gem, utpote qui nonnulla Majestatis jura exercet solus & de reliquis, uti  
 ex superioribus satis superquè elucet, si non plus, minimum participat  
 tantum,

D



tantum , quantum Senatores & singuli Nuncii Terrestres , adeoque Monarchiam predominari firmo stat talo , Iamque Politia temperatam esse , inde pariter evidens duco , quia Politia secundum Aristot. 3. Polit. 7. est Respublica , ubi penes multos aut omnes summa potestas : add. Cellar. Lib. 2. Polit. cap. 5. n. 5. & 10. Nuncii autem Terrestres germ. die Landbohten à tota Nobilitate Polonica & nonnullis Poloniæ Civitatibus , ut Cracovia & Vilna ad Comitiam delegantur : In Prussia Regia , etiam Civitates tam minores quam majores per Deputatos ad publica Consilia admitti expeditum. Conf. Cromer. in Descript. Pruss. circa fin. Horumque Nunciorum tanta in Comitibus autoritas , ut juxta superiora non duntaxat multa Majestatis jura absque illorum consensu expediri nequeant , sed & Violatores illorum tanquam criminis læsæ Majestatis rei judicentur : Qvalis Nunciorum securitas incipit quatuor hebdomadis ante Comitiam & extendit se ad quatuor hebdomadas post Comitiam : leg. Herbut. in Statut. tit. Crimen læsæ Majest. p. 127. & tit. Nuncii pag. 23. Freqventer etiam contingit , ut in Comitibus ex Senatu , cui Rex præsidet , ad Nuncios in conclavi suo antea deliberantes mittantur , qui Regis nomine ipsis aliquid proponunt , aut discordantes ipsorum sententias conciliant , hi dictos Nuncios titulo hocce dignari debent *Mosci Panowie Bracia* , id est , gratiosi Domini Fratres. Et majorem adhuc meretur admirationem , quando jam Marschalcus cum suis Nunciis conclave Regis & Senatorum ingressus , quò ita de negotiis Reipubl. conjunctim agi queat , vel uno Nunciorum in re aliqua dissentiente & cum Protestatione abeunte , Comitiam dissolvi posse. Quod exemplo quodam , quod Anno 1672. contigit , corroborat Hartkn. De Rep. pol. Lib. 2. c. 6. n. 15. Contradictionem enim liberam , esse pupillam libertatis Polonicæ , quâ semel læsâ de tota libertate actum esse autumant Poloni : Ita ergo hancce Rempublicam ex Monarchia & Politia mixtam esse ex dictis satis constat : Videtur autem Regnum Polonicum etiam aliquid participare de Statu Aristocratico , quem Senatores Poloniæ formare censentur , quia extra Comitiam cum illorum demum consensu multa à Rege expediuntur : Indubium autem est tunc Aristocratia mixtum dici Statum , quando pauci optimates seorsim nonnulla jura Majestatis cum Rege habent communia : Ast corrui hocce dubium , quando observamus , Senatores extra Comitiam simul cum Rege Majestatis jura exercere non jure proprio , sed duntaxat delegato , in Comitibus



88.

tiis enim quolibet biennio ordinariè celebrandis viginti & octo hodie omnium consensu designantur Senatores ad id, ut Regi semper per biennium adsistant & in Aula resideant : Et quidem quatuor Episcopi, octo Palatini, octo Castellani Majores, & octo Castellani Minores, ex quorum numero quatuor singulis quadrantibus Regis lateri semper adherere debent, ita tamen ut Episcopi duobus anni quadrantibus elapsis demum mutantur : Sicquè Poloni perpetuum constituerunt Consilium ex aliquot Senatoribus constans, præter hosce etiam Rex nullos Aulae Consiliaros fovet, sed illorum saltem consilio utitur : Quando autem nonnulli officio suo defunt, illis 1200. marcarum mulcta dicitur, quam ad Instantiam Nunciorum Terrestrium intra duas hebdomadas sub pœna amissionis dignitatis solve re debent. *Constit. Anni 1607. & 1609.* Etiam urgent Nuncii statim in principio Comitiorum, ut Senatores lateri Regio ex Lege adherentes hactenus gestorum reddant rationes, secundum *Constit. Anni 1662.* Satis ita firma erit opinio, Rempublicam hancce Monarchia & Politia duntaxat mixtam esse. Dissentit tamen Simon Starovolscius *in Polonia sua pag. 246.* qui Regnum Polonicum ex Regno, Aristocratia & politia mixtum statuit : Recedit & Hartkn. *De Rep. Polon. Lib. 2. cap. 9. n. 5. & 6.* Qui statum huncce ex Monarchia & Aristocratia constare docet, ita ut Aristocratia prevaleat : Quorum autem dubia ex superioribus facile removentur.

---

## COROLLARIA.

### Ex Materia Contractuum desumpta :

I.

**P**ecunia mutuo data non est præcisè reddenda in eadem specie monetæ, sed sufficit ejus æstimationem dari, hinc nihil prohibet præthaleris mutuo acceptis etiam monetam minorem solvere *arg. l. 1. ff. De Contr. Emi. l. 94. §. 1., l. 99. ff. De solut. modo juxta Novissimam Constitutionem Monetalem Imp. Ferdin. I. de Anno 1559. §. II. miuta pecunia non solvatur ultra 25. Florenos.*

II.

Commodatum repetenti, compensationem, licet multi dissentiant, opponi non posse, verius duco *per. h. sm. C. Commodat.*

D 2

III. De.



## III.

Depositum non saltem esse rei mobilis, sed & Immobilis, rectè docet  
Hahn. *ad W. N. 4. ff. Depos. Diff. Brunnem. Exerc. Just. 17. ad S. 3.*

## IV.

Uxorem ratione dotis Creditoribus hypothecariis, licet expressam an-  
terioremm allegent hypothecam, præferendam esse, satis probat  
generalitas l. 12. §. 1. C. *Qui pot. in pign.* Diff. Gail. 2. O. 25.

## V.

Eidejussio in summam principali majorem legitimè fieri nequit. S. 5. §. *J.*  
*De fidejuss.* facta tamen ad concurrentem stringit quantitatem. l. 1.  
S. 4. ff. *De V. O. l. 33. ff. Mand. Diff. Bachov. V. 2. D. 28. O. 4. lit. B.*

## VI.

Exceptionem non numeratæ pecuniæ, seu doli, etiam post biennium,  
licet id multi negent, competere, rectè defendunt Lauterbach.  
*ad tit. ff. De R. C. vers. Exceptionem hanc.* Ibiqvè Allegati.

## VII.

Licet traditio rei Venditæ non statim Contractum subsequatur, pericu-  
lum rei nihilominus statim ad emptotem transit. S. 3. §. *J. De Empt.*  
*Et Vend. l. fin. C. De Peric. Et Corn. R. V.*

## VIII.

Merces in Contractu Locationis in pecunia numeratâ consistere debet.  
S. 2. §. *J. De Locat. l. 5. §. 2. ff. De Præscr. verb.*

## IX.

Quando alter sociorum solus pecuniam confert, alter verò operam pro  
pecunia præstat l. 1. C. *Pro Socio*: tunc pecuniæ casu amissæ da-  
mnum non simul ad hunc, qui tantum operam contulit, spectat.  
*arg. §. 2. §. J. De Societ. l. 25. §. 2. ff. cod.*

## X.

Mandatum, licet sit contractus bonæ fidei, *juxta §. 28. §. J. De Action.*  
rectè tamen stricti juris esse dicitur.

Et hæc sunt, quæ mox abiturus ad Prussiam & istius ac vicinæ Re-  
gionis Statum penitus perlustraturus pro ingenii mei tenuitate an-  
te discessum, Legis Academicæ memor, *non sine studiorum speci-  
mine discedendum*, publicæ ventilationi exponere volui: Si per  
omnia non placuerint omnibus, placebunt tamen nonnulla.

S. D. G.





















